



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Praeceptis
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -
Libros Vndecim Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio
Leodii, 1709**

Caput I. Explicatur quinam in hoc præcepto parentum nomine sint
intelligendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73203)

mitteret, juxta Tridentinum sess. 22. cap. 2.
49 Dices 2°. saltem sequeretur, fideles in affectu peccati perseverantes, tot novorum peccatorum reos esse, quot Missa toto terrarum orbe celebrantur: cum nulla sit, in qua suo modo offerentes non sint. Etiam ista sequela neganda est. Neque enim Christiani omnes, quocumque in statu sint, sive dormiant, sive vigilent, sive cum Deo sint, sive

cum meretricibus, &c. Missa Sacrificii sunt participes. Cum istud afferere, fingere sit. Hoc unum dicimus cum Chrysostomo: Quod modo cum dominus adest in mensa, non oportet adesse famulos qui offendunt, nisi veniam petant; ita hic quoque, cum offeratur sacrificium, &c. Ne ipsis dicatur: Cur intrasti non habens vestem nuptialem?

PARS IV.

Amor parentibus obsequiosus.

Ad quartum Decalogi praeceptum: Honora patrem & matrem, &c.

1 **D**icit explicata tribus prioribus prima tabula praeceptis officia divini amoris erga Deum; explicanda superius officia dilectionis erga proximum, ad secundam tabulam spectantia. Quia, ut Augustinus dicit in l. de decem Chordis c. 6. *in duobus praeceptis est, dilectione Dei, & dilectione proximi.* Ad duo itaque praecepta, id est ad dilectionem Dei & proximi, pertinet Decalogus. *Ad primum praeceptum tres chordae pertinent, quia Deus Trinitas; ad alterum vero praeceptum, id est ad dilectionem proximi, septem chordae, quomodo vivatur inter homines.* Nam ipse numerus septenarius, tamquam septem chordarum, incipit ab honore parentum. Honora patrem tuum, & matrem tuam; ad parentes etenim suos homo aperit oculos, & hac vita ab eorum amicitia sumit exordium. *Quis quis autem suis parentibus non defert honorem, quibus parcere poterit?* Et dicit Apostolus: Honora patrem tuum & matrem tuam, hoc est primum mandatum. *Quomodo primum, quando quartum mandatum est, nisi quia in septenario numero est primum?* *Ad dilectionem proximi primum est in secunda tabula.*

2 Nec obstat quod aliquibus aliis magis obstricti esse possumus, quam parentibus, quodque aliqui alii Deum magis representare possint. Sancta namque Barbara v. g. magis obstricta fuit ei qui ipsam in fide instruxit, & ad vitam æternam perduxit, quam parenti carnali, à quo vitam temporalem dimitivat accepit, qui & eam ipsi violenter abstulit, & ad idololatriam pertrahere voluit. Summus quoque Pontifex, seu Christi Vicarius, magis representat Deum, quam pater carnis. Objectiones namque istæ cessant, si reflectatur, quod parentum nomine, in primo illo secundæ tabula præcepto, soli non intelligentur parentes, qui corpore nos generunt, sed & illi qui nos generunt mente, ut proxime videbitur. Sit itaque

CAPUT I.

Explicatur quinam in hoc præcepto parentum nomine sint intelligendi.

3 **P**reter eos qui nos generunt, multi præterea sunt (ait Catech. Rom.) quos in

parentum loco colere debemus, vel potestatis, vel dignitatis, vel utilitatis, vel præstantis alicujus munieris & officii nomine. Sed primo loco parentum nomine illi intelliguntur, ex quibus corporaliter geniti sumus, de quibus Eccli. 3. *Qui timet Dominum, honorat parentes;* & quasi dominis serviet his qui sogenuerunt. Deinde Ecclesia, Pafiores & Sacerdotes nos spiritualiter in Christo generunt, juxta illud 1. Cor. 4. *In Christo Iesu per Evangelium ego vos genui.* Et ad Galat. 4. *Filioli mei, quos sterum parturio, donec formetur Christus in vobis.*

Tertio Reges & Princes nostri, Magistratus ac Reipublicæ Rectores, ac Gubernatores, sicut patres patriæ, sic patres nostri rectè dicuntur. Et ita Naaman à servis suis pater vocatus legitur 4. Reg. 5.

Quarto, etiam illi quorum directioni & instructioni commissi sumus, ut tutores, curatores, patroni, paedagogi, magistri (sicut & heri respectu famularum & ancillarum) partes nostri appellantur: quia universum partes nostri sunt, à quibus accepimus vel esse, vel educationem, vel directionem, vel instrutionem.

Quinto, seniores etiam patres dicimus. Unde Levit. 19. *Coram cano capite conforger, & honora personam senis, & time Dominum Deum tuum,* &c.

Ad litteram tamen, in hoc quarto præcepto, illi qui nos generunt præcipue intelliguntur, & idē à nobis honorandi sunt, quia sunt immortalis Dei quasi simulacra, in ipsis ortis nostri imaginem innemur; ab ipsis virtutibus data est; tis Deus ipsis est, ut nobis animum inservientem imperiret; ab ipsis ad Sacramenta deducti, ad Religionem, ad humannum cultum civilemque instituti; ad morum integratem & sanctitudinem erudi sunt, ut loquuntur Catechismus Rom. hic.

CAPUT II.

Explicatur honor ex Dei præcepto parentibus debitus.

Honor parentibus debitus importat sequentia: 1°. ut parentes summo potest Deum amore prosequamur, maximâque ob-